



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll 19 [previously H6] (recto) [Tuesday] 12 Nov 1566 [Note: This Roll, in excellent condition, is beautifully written.]

Dulwiche // Curia baronis cum visu Franci plegii Margarete Caulton vidue ibidem tenta xij^o die Novembris ann^o regni domine Elizabethae dei gratia Anglie Frauncie & Hibernie regine fidei defensoris &c. octavo
H.6

Essonia // Johannes Webster per Elizabethem uxorem eius Johannes Longe per Johannem Cole

liberi tenentes // Matheus Draper generosus Thomas Hunte Johannes Crofte Thomas Ode Henricus Knighte & sectatores

xij ^{cem} tam pro Regina quam pro domina huius Manerij	// Johannes Dove Johannes Crofte Johannes Mathewe Ricardus Wryghte Thomas Feeringe	Jurati	Johannes Hunt Johannes Lewes Walterus bowier Thomas Calton [sic, Dalton] Thomas Ode	Jurati	Henricus henley Johannes Casinghurste Xperus Cursoye [sic] Johannes Coxe	Jurati
---	--	--------	---	--------	---	--------

presentacio // Ricardus Wryghte constabularius ibidem presentat super sacramentum suum omnia bene & nihil aliud et in loco prefati
Constabularii Richardi Wyghte electus est Thomas Ode & iuratus est ad exercendum officium suum

Capitales plegii // Johannes Hunte & Johannes Casinghurste presentant omnia bene & nihil aliud & in loco eorum electi sunt Henricus Huscrofte et Henricus Henley

Gustator servicie // Thomas Feeringe presentat omnia bene & nihil aliud et in loco predicti Thome Feeringe electus est Johannes Hunte

// Dies datus est xij^{cem} supra dictis tam pro domina Regina quam pro domina istius manerij dare veredictum suum & quod compareant coram senescallo die Marcurij proximo post purificationem beate Marie virginis proxime futuram

// Ad quem quidem diem xij^{cem} tam pro domina Regina quam pro domina huius manerij venerunt & affirmaverunt omnia & singula superius presentata [fore vera] et ulterius dicunt quod dant domine istius manerii de certitudine ad hunc diem ex antiqua consuetudine

iiij^s & solverunt

Et ulterius presentant quendam Matheum draper generosum accrochiasse sibi de solo cuiusdam Johannis dove ibidem per sepes suas indirecte positas Et ideo preceptum est eidem Matheo ponere sepes suas predictas inter terram dicti Johannis dove & terram dicti Mathei existentes in rectum et debitum cursum suum dictumque accrochiamentum relinquere ante festum anunciacionis beate Marie virginis proxime futurum sub pena forisfacture pro qualibet roda terre predictae accrochiate & adtunc non relicta c----- xx^d.

Et etiam presentant eundem Matheum accrochiasse ut supra de solo [... blank ...] apud le Newland ibidem Et ideo preceptum est eidem Matheo ponere sepes suas in rectum cursum suum dictumque accrochiamentum relinquere citra proximum visum ibidem tenendum & deinde easdem in cursu recto retinere sub pena forisfacture c----- xx^s.

+ Item presentant Henricum Knighte pro Encrochiamento super terram dominicalem domine istius manerii vocatam le Newe medowe ibidem per quoddam fossatum per eundem Henricum ibidem nuper fossatum & factum ideo &c Et nihilominus preceptum est eidem Henrico implere fossatum predictum dictumque accrochiamentum relinquere citra primum diem Maij proxime futurum sub pena c----- xx^s.

Item presentant quendam Robertum Brooxebye habere quoddam fossatum apud le Nether ende de le Kenelles ibidem continentem per estimacionem viij^o rodas terre adeo obstupatum ut cursus aque defluentes retineatur ad commune nocumentum populi domine Regine ideo &c Et nihilominus preceptum est eidem Roberto escurare predictum fossatum citra Festum natalis domini proxime futurum sub pena forisfacture pro qualibet roda non bene & sufficienter escurate c----- xx^d.

Item presentant quod Ricardus Wryghte divertit cursum aque defluentis a le Fould eiusdem Ricardi ibidem existentis ad nocumentum &c ideo &c Et nihilominus preceptum est eidem Ricardo quod sic verteret dictum cursum aque predictum citra proximum Visum ibidem tenendum ne inde ab illo proveniat nocumentum aliquod vicinis suis ibidem sub pena c----- x^s.

Item presentant quod Thomas Hunte qui de domina istius manerij tenuit libere in soca unum tenementum & xij^{cem} acras terre cum suis pertinentiis ibidem per sectam Curie & fidelitas sed per que alia servicia penitus ignorant obiit citra ultimam curiam existentem inde seisitus Et quod Agneta xij^{cem} annos nata & amplius est eius filia & heres propinquior Et modo ad hanc eandem curiam venit quedam Elizabetha nuper relicta dicti Thome & clamat tenere omnia & singula premissa cum

suis pertinenciis ad terminum vite sue Et dat domine nomine heriette v^s Et fecit domine fidelitatem .

Modo de curia baronis

Et Ad hanc curiam venit Johannes dove In plena curia ista & petit de domina huius manerii licencia locare vel ad firmam dimittere cuidam Johanni Mathewe unum tenementum ibidem vocatum Morkens unumcroftum continentem per estimacionem tres acras terre arrabilis duo clausura vocata Northcroftes continentia per estimacionem xii^{cem} Acras unum aliud clausum vocatum litle Nappes continentem per estimacionem quinque acras Et unum aliud clausum vocatum Stounie nappes continentem per estimacionem quinque Acras terre & dimidiam a festo Sancti Michaelis Archangeli ultimo preterito ante datum huius visus cum curia manerij predicti usque finem et terminum xvi^{cem} annorum cui quidam Johanni dove domina ex speciali gracia sua concessit licenciam locandi sive dimittendi predictum tenementum et cetera premissa prefato Johanni Maithewe pro termino supradicto si predictus Johannes tam diu vixerit et si predictus Johannes Maythewe obierit ante terminum predictum tunc Thomas Simons habebit et occupabit residuum annorum tunc futurum et dat domine de fine vj^{xi} xiiij^d et duas carucatas ligni vocati Fagottes

[End of I9 [previously H6] (recto). I9 [previously H6] (verso) follows below :]

Roll H6 (verso)

pro 15 acris terre Wright redditus annuatim vs Finis c----- -- iij £i

[slip attached upside down]

H6V

Ad hanc Curiam venit Johannes Crofte Et in plena Curia Sursumreddidit in manus Domine unum Tenementum cum quindecem acris terre arrabilis per estimacionem in Dulwiche nuper Lanes land cum singulis suis pertinenciis Ad opus et usum Richardi Wright et Katherine uxoris eius et heredum de corpore[sic] eorum legitime procreatis, Et pro

defectu talium heredum Remanere inde rectis heredibus prefati Johannis Crofte / unde accidit
 Domine herietum / Cui quidem Ricardo Wright et Katherine Wright et Katherine uxori eius
 Domina per Senescallum suum concessit dictum Tenementum cum dictis quindecim acris terre
 arrabilis cum omnibus suis pertinentiis Habendum et tenendum predictum Tenementum et quindecim
 acras terre arrabilis cum pertinentiis in Dulwiche predicta prefato Ricardo Wright et Katherine
 uxori eius et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis , et pro defectu talium
 heredum remanere inde rectis heredibus prefati Johannis Crofte , ad voluntatem Domine secundum
 Consuetudinem Manerii / Et ulterius consideratum est quod prefatus Ricardus Wright et Katherina
 uxor eius et heredes de corporibus eorum Solvant annuatim durante naturali vita prefati
 Johannis Crofte eidem Johanni Crofte c----- iij^{£i} / Et pro Redditu quolibet anno Dominis Manerii
 Et alia servicia inde prius debita et de iure consueta
 predicti pro tempore existente c---- v^s ^ Et dant Domine de fine pro tali statu habendo
 et seisina deliberata est ei per virgam
 iij^{£i} Et predictus Ricardus Wright fecit fidelitatem ^ Et admissus est inde Tenens /

[End of Roll I9 [previously H6].]